Fragmentarium

ertio dicit᷑ · Exi in uias & sepes · & conpelle intrare · ut impleat᷑ domus
mea · Cū de uicis & plateis ad cenā quos dā dñs inuitat · illū uidelicet populū
designat · qui tenere legē suburbana conuersatione nouerat · Cū
uero conuiuas suos colligi · ex uiis & sepibus pcipit · nimirū agrestē
populū colligere · id est gentilē quęrit · De cuius significatione p
psalmistā dicit᷑ · Tunc exultabt̄ omnia ligna siluarū ante faciē dñi
qm̄ uenit · ligna enī siluę · gentes uocatę sunt · quia in infidelitate
sua tortę & infructuosę sēp fuerunt · Qui ergo ex illo agresti usu con
uersi sunt · ad cenā dominicā quasi ex sepibus uenerunt · Notandū
uero quod in hac inuitatione tertia · non dicit᷑ inuita · sed cōpelle
intrare · Alii enī uocant᷑ · & uenire contēpnunt · Alii uocant᷑ ·
& ueniunt · Alii autē nequaquā dicit᷑ quia uocant᷑ · sed cōpel
lunt᷑ ut intrent · Vocant᷑ · & uenire contēpnunt qui donū quidē
intellectus accipiunt · sed eundē intellectū operib; non sequunt᷑ ·
Vocant᷑ & ueniunt · qui acceptā intellectus grām · operando pfi
ciunt · Quidā uero sic uocant᷑ · ut etiā cōpellant᷑ · Nā sunt non
nulli · qui bona facienda intellegunt · sed hęc facere desistunt ·
Vident quę agere debeant · sed hęc ex desiderio non sequunt᷑ ·
His ut superius diximus plerūq; contingit · ut eos in carnalib;
desideriis suis mundi huius aduersitas feriat · apphendere tēpo
ralē glām conent᷑ · & nequeant · Et dū p alta pelagi quasi ad
grandiores curas huius sclī nauigare proponunt · semp aduersis
fluctib; ad deiectionis suę litora repellantur · Cūq; se frangi in
desideriis suis aduersante mundo conspiciunt · quid de se auc
tori suo debeant cōmemorant · ita ut ad dm̄ erubescentes
redeant · qui eū supbientes p mundi amore deserebant · Sepe
nāq; nonnulli ad tēporalē glām pficere uolentes · aut longa
ęgritudine tabescunt · aut afflicti iniuriis concidunt · aut
pcussi grauibus dāpnis affligunt᷑ · & in mundi dolore uident ·
quia nihil confidere de eius uoluptate debuerunt · seq; ipsi
in suis desideriis repħendentes · ad dm̄ corda conuertunt · De
his quippe · dñs p pphetā dicit · Ecce ego sepiā uiā tuā spinis ·
& sepiā eā maceria · & semitas suas non inueniet · & sequitur ·

License: cc-by – Leipzig, Universitätsbibliothek, Fragm. lat. 140, 1v – Homiliarium
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-jpx4/456/6659)